Prima obiectio novas illas tabulas lunares, ad praearduam et tantum non impossibilem conditionem forte referendas, respicit, idque ob nimis inaequalem, praecipue circa quadrantes, lunae cursum. Nec inficiandum, hanc inaequalitatem lunarem, respectu cursus sui in Zodiaco, patescere. Vtrum vero et quotidianus eiusdem ingressus in meridianum tantis inuolutus sit difficultatibus, ulteriori disquisitioni commendamus: siquidem nemo hactenus curam suam in hanc rem, tamquam caput rei conuertit. Incredibili sane cura atque opera cursus lunaris ad priorem rationem aliquatenus in ordinem redactus est: cur non potius ad hanc posteriorem rationem in ordinem adducendus esset. Saltem celeberrimus quidam Astronomus Anglicanus nouo huic systemati suffragium ferre haud dubitauit. Cardio rei eo vertitur, ut obseruationes assidue repetantur. Licet eiusmodi tabulae multo constarent labore atque impendio, operae tamen pretium erit, nulli parcere rei, quippe rem maximi momenti concernit.

Altera obiectio mensurationis distantiae lunaris a meridiano nautico rationem attingit. Quotiescumque luna simul cum sole supra Horizontum commoratur, lunae distantia a meridiano nautico facile cognosci potest, si eiusdem a sole distantia mensuratur, et solis a meridiano distantia (quae ex gnomone constat), additur aut subtrahitur, prout aut sol aut luna ad Meridianum propior est. Nisi me omnia fallunt, haud ita



dieses die mindeste Schwierigkeit ist. Wie aber, wenn der Mond allein über dem Horizont ist, wie will man seinen Abstand vom Schiffsmeridian messen, da man nicht wie vorher einen sichtbaren Anfangspunkt zum Messen hat. Diese Schwierigkeit hoffe ich mit göttlicher Hülfe durch einen ganz neuen Vorschlag zu heben. Ich verspare es aber für diesmal, bis zu dem II. Stück, darinn ich auch diesen Punkt umständlich abhandeln werde.

Der dritte Einwurf gehet dahin, daß bey trübem Wetter und im Neumond die ganze Unternehmung vereitelt werde. Ich antworte: Gesezt, es wäre kein Weg möglich, ohne dem Mond, welcher mit Recht der Schiffer Uhr genennet wird, oder bey trübem Wetter etwas auszurichten, so müste man zufrieden seyn, wenn man die bey dunkeln Wetter vorgefallenen Fehler, alsdenn, wenn der Mond wieder zu sehen, verbessern, und den Lauf des Schiffs von neuem mit Gewißheit einrichten kann. Auch alle andere Wege helfen bey dunkeln Wetter nichts. Indessen ist auch bey trüber Luft noch ein Rath für die Seefahrenden vorhanden:

Man halte auf dem Schiff zwey möglichst richtige und ausgeprüfte Uhren, wie man sie nur immer haben kann: eine, die sich nach dem Schiffsmeridian oder nach der Zeit zur See, und die andere, die sich nach dem ersten Meridian richtet. So wie die erstere täglich zur See untersucht und zurecht gestellet wird, eben so muß auch die andere, so oft man bey Mondschein dazu kommen kann, nach den Mondtafeln, (laut dem vorher beschriebenen
neuen



magnae istud difficultati obnoxium videtur. Quid si vero luna supra Horizontum sola conspicatur, qui fieri potest, vt eius distantia a Meridiano nautico, absque visibili mensurandi principio, mensuretur? Hunc nodum *noua quadam methodo* soluturus, si pia fata velint, haud deero. Quod vero hac vice in aliud tempus differo, cum II. scripti huius *membrum*, in quo et huius rei ratio fusius habebitur, prodire licebit.

Tertia obiectio eo tendit, quod nubilo coelo et nouilunii tempore tota operatio in vanum redigatur. Respondeo: quod si iam iacta esset alea, absque luna nautarum horologio et coelo nubibus obducto, nihil effici posse, nonne in eo acquiescendum foret, vt errores obscuro aëre facti, luna resplendente absque vltiore erroris metu, corrigantur, cursusque nauis denuo iusta via dirigatur: siquidem neque alius cuiusuis viae vsus coelo obscuro, relinquitur. Verum enim vero, neque turbido atque immiti aëre *consilium, quod nautarum interest, deerit.*

Bina horologia automata, maxima arte confecta et summa, qua fieri potest, cura explorata, nauis praesto sint: alterum, quod meridiano seu tempori nautico, alterum quod meridiano primo respondeat. Quemadmodum ergo alterum quotidie nauis examinatur et corrigitur, sic alterum, quotiescumque luna splendente fieri potest, secundum tabulas lunares, ad normam nouae inueniendi longitudinem methodi, supra descriptae,



neuen Wege zur Meereslänge), geprüft und zurechtgestellt werden. Dieser zwey Uhren kann man sich zur Bestimmung der Meereslänge allezeit bedienen. Ist gleich oben der Weg, durch eine accurate Uhr die Meereslänge zu finden, verworfen, so ist es nur in der Absicht geschehen, weil man sich bloß auf eine Uhr allein, ohne sie (öfters) zu untersuchen und zurecht zu stellen, nicht verlassen kann. Da aber eine solche Uhr durch den neuen Weg öfters geprüft, und wenn sie abgewichen, wieder zurecht gestellt werden kann, so ist der Gebrauch einer solchen Uhr, zumal bey dunkeln Wetter, unentbehrlich. Die Verbindung dieser zwey Wege muß nothwendig den sichersten Weg zur Erfindung der Meereslänge eröffnen. Und da es mit der Theorie seine Nichtigkeit hat, so wird sich auch die Praxis geben, und Erfahrungen werden schon mit der Zeit Vortheile darbieten. Ich wünsche zum Schluß, daß die Welt endlich ie eher ie lieber das erlangen möge, was sie bisher so sehnlichst gewünschet.



examinetur corrigaturque. *Geminum hocce horologium quouis tempore inueniendae maris longitudini inseruiet.* Licet sane illa mediante horologio inueniendae longitudinis via supra reiecta sit, eo saltem sine factum est, quod soli horologio, absque saepius repetito eiusdem examine et correctione confidi non possit. Verum cum eiusmodi horologium noua illa methodo saepius ad examen reuocari, et cum aberrauerit, in pristinum statum restitui possit, huiuscemodi horologii vsu, idque aëre obscuro, carere haud fas est. Vtriusque huius viae combinatio tutissimam inueniendae longitudinis viam adaperiat, necesse est, et salua theoria neque praxin, seu operae compendia, defuturam plane confido. *Quod reliquum est, ex animo precor, vt, quantum fieri potest, ocius obtineatur, quod tanta omnium expectatione haecenus desideratum est.*



Des Schulzischen
Vorschlags
die
Meereslänge

zu finden
II. Stück,

Welches
einige Beyträge
enthält

von
Gottward Friederich Stender.
Mit Kupfern.

Kopenhagen,

bey Gottl. Christ. Nothens Wittwe, und C. G. Proft. 1764.

SCHVLZIANI
AD INVENIENDAM
MARIS LONGITVDINEM
CONSILII
MEMBRVM II.

ALIQVOT
ANECDOTA
CONTINENS
A
G. F. STENDERO.
CVM FIGVRIS.

HAFNIAE
APVD G. C. ROTHII VIDVAM ET C. G. PROFT:
c15 15 CCLXIV.

SCHWABIANI
AD INVENTAM
MARI LONGITVDINEM

CONSILII
MEMBRVM II

ALBERTO
ANFODOTA
CONTINENS

G. F. STEINBERG

CAMBRIGIAE

HABITAE

AVD E C. ROTHMANN ET C. LITOP.

MDCCCLXIV

CONSILII
MARI
INVENIENDI LONGITVDINEM

MEMBRVM II



Ich habe den ersten Schritt gewagt, den neuen Schulzischen Vorschlag zur Erfindung der Meerestlänge der Welt öffentlich vor Augen zu legen. Die Urtheile darüber erwartet man von billigen Kennern mit derjenigen Freymüthigkeit, die ein Eigenthum einer guten Sache ist, sie mag an sich selbst, oder nur in Ansehung des Willens also beschaffen seyn.

Ich schreite zu der Erfüllung desienigen Versprechens, das ich im I. Stück gethan, und handele nunmehr von der Aufgabe:

Wie man bey Nacht den Abstand des Mondes vom Schiffsméridian auf eine leichte Art finden soll?

Dieser Punkt ist der letzte Knoten, der so wichtig ist, daß, wenn auch der aufgelöset ist, alsdenn die Thür zur Erfindung der Länge völlig gedöfnet stehet. Wie glücklich werde ich mich schätzen, wenn meine Vorschläge hiezu etwas beytragen sollten.

Ich



Satis audacter nouum istud Schulzianum ad inueniendam maris longitudinem consilium publicae luci exponere conatus sum. Arbitrorum, quorum interest, erit, Arcopagitarum more aequo et bono iudicare; nostrum vero, adquiescere in causa, si non re vera, saltem ex intentione bona.

Verum enim vero promissa, Memb. I. facta, seruaturus, ad resolutionem *problematis* adgredior:

Qua ratione distantia lunaris a meridiano nautico facili methodo reperienda?

Ultimus hic nodus est, qui adhuc obstat, quo minus inueniendae longitudinis fores prorsus pandantur. Quanta perfunderer voluptate, si quid consiliis meis, non plane contemnendis, proficeretur.

G 3

Quod



Ich setze zuerst als eine ausgemachte Wahrheit zum voraus, daß man vermittelst der Sonne aus ihrer Höhe die Uhr zur See ziemlich genau finden kann. Hieraus mache ich den wahrscheinlichen Schluß:

Daß man zur See auch die Monduhr auf eine ähnliche Art aus der Höhe des Mondes finden könne.

So bald dieser Schluß seine Nichtigkeit hat, welches auf einige Versuche ankommt, so bald ist auch die vorhergehende Aufgabe aufgelöst: indem man aus der Monduhr den Abstand des Mondes vom Meridian in Graden eben so leicht berechnen kann, als man aus der Uhr der Sonnen derselben Abstand vom Meridian findet.

Damit aber dieser kurze Vorschlag ein mehreres Licht gewinnen möge, so will ich hiemit einen Plan zu einem neuen Instrument, wie ich es vor mir selbst nach der blossen Theorie entworfen, zur weitem Ausführung und Verbesserung, bekannt machen. Dasselbe hat zur Hauptabsicht:

Des Nachts bey Mondschein die Monduhr, und zugleich des Mondes Abstand vom Schiffsméridian zu finden.

Und weil die Polhöhe hiebey unentbehrlich ist, so wird dieses Instrument zur Bestimmung der Länge und Breite zugleich dienen können.



Quod primum est, extra controuersiam praesumptum habeo, mediante sole, ex eius altitudine, horam nauticam satis accurate inueniri posse. Ex quo probabili ratione concludo:

Etiam horam lunarem ex altitudine lunae simili ratione nauis inueniri posse.

Simulac isthoc argumentum, experimentis probandum, veritate sua non destituitur, praecedentis problematis resolutio expedita est: siquidem lunae distantia a Meridiano ex horologio lunari, eadem facilitate quoad gradus computari potest, qua solis a Meridiano distantia ex horologio solari.

Vt vero, quidquid sit consilii respectu horologii lunaris, eo magis illucescat, noui instrumenti *ichnographiam*, inter parietes meos sola theoria adumbratam, vltiori ad bonam frugem conuersioni, memoriae prodam. Primarius huius instrumenti scopus est:

Vt noctu luna splendente hora lunaris lunaeque simul a meridiano nautico distantia inueniatur.

Et quum eleuatio poli hic vtramque faciat paginam, hoc ipsum instrumentum, ad determinandam longitudinem pariter ac latitudinem, inseruiturum spero.



Die Einrichtung dieses Instruments, wie es in der 4ten Figur abgezeichnet stehet, lehret zum Theil der Augenschein:

1. Muß sowol die obere als untere Fläche der Scheibe auf beyden Seiten ihres Durchmessers (der von oben nach unten zu gezogen ist, und den Meridian vorstellet) von unten auf, in 2mal 180 Grad, wie auch in 2mal 12 Stunden gehörig eingetheilt werden.

2. Der Quadrant, welcher oberwärts durch die Scheibe gehet, muß von oben nach unten zu in seine 90 Grade getheilt werden, und zu beyden Seiten mit der Scheibe, sowol östlich, als westlich, rechte Winkel machen.

3. Die an dem Mittelpunct der Scheibe stossende senkrecht Seite des Zeigers, die zugleich die Weltaxe vorstellet, muß sowol über, als unter der Scheibe ein Drittheil der Länge des Durchmessers haben.

4. Oben an der Scheibe muß ein Stab befestiget werden, welcher mit der senkrechten Seite des Zeigers gleichlaufend stehen, und folglich mit beyden Flächen der Scheibe, und besonders mit dem Meridian rechte Winkel machen muß.

5. An beyden Enden des Stabs kommen herum bewegliche Dioptern, von welchen die obere weiter, als die untere abstehen muß, und zwar nach dem Verhältniß der Entfernung des Polarsterns vom Pol.

6. Das Gestell des Instruments muß so eingerichtet werden, daß man es nach allen Gegenden leicht wenden kann.

7. Die



CONSTRUCTIO huius instrumenti fig. 4. delineati vel solo aspectu patescit:

I. Vtraque disci area, tam superna, quam inferna, ab utroque diametri sui ascendens, et Meridianum referens, latere sursum versus in bis 180 gradus, item in bis XII horas rite diuidatur.

II. Quadrans per superiorem disci partem transiens deorsum in 90 gradus diuidatur, et ab utroque latere cum disco, tam orientem, quam occidentem versus, angulos rectos constituat.

III. Latus indicis perpendiculare, ipsum centrum disci transiens axemque mundi referens, utrimque tertiam diametri partem exaequare debet.

IV. Cylindrus disco superne adaptatus et perpendiculari indicis lateri parallelus, cum vtraque disci area, praesertim vero cum Meridiano, rectos constituat angulos.

V. Vtraque cylindri extrema instruantur dioptris, quae circumagi possunt, et quarum superior maiusculo spatio, pro ratione distantiae stelle polaris a polo, distet.

VI. Basis instrumenti, ut ad omnes mundi plagas facile conuerti possit, instruat.

H

VII.



7. Die doppelte Bleywage am Gestell, statt deren man auch die Wasserrwage anbringen könnte, dienet zur Prüfung, ob das Gestell recht senkrecht stehe.

8. Endlich könnte man auch hier zu besserer Wahrnehmung des Mondschattens die Gläser aus dem Hadleyischen Oktanten anbringen.

Beim Gebrauch dieses Instruments setze ich zum voraus, daß die Wahrnehmung auf einem schwebenden Schiffstuhl, dergleichen der geschickte Herr Irwin in Engelland erfunden, vorgenommen werden muß.

Nachdem man das Gestell ganz senkrecht gerichtet, so suchet man durch die Dioptern (die nach dem gegenwärtigen Stand, den der Polarstern gegen den Pol hat, gerichtet worden) den Polarstern zu fassen, indem das Gestell so lange gewendet, und zugleich die Scheibe längst dem Quadranten gerichtet wird, bis man es erlanget. Alsdem wird der Polarstern nicht aus dem Auge gelassen, bis inzwischen ein anderer sowohl den Grad des Quadranten, der an der Scheibe stößt, als auch auf welchen Grad der Mondschatten von der geraden Seite des Zeigers auf die Scheibe fällt, wahrnimmt und aufzeichnet; dabey der dritte auf ein gegebenes Zeichen sich die Schiffsuhr genau merket.

Wenn man nun zu dem auf dem Quadranten bemerkten Grad die halbe Dicke der Scheibe, entweder zuzählet oder abziehet, nachdem man den Grad des Quadranten über oder unter der Scheibe bemerkt, so hat man die Polhöhe oder Breite. Zugleich siehet alsdem die Scheibe wie eine Aequinoctialuhr recht nach der Lage des Aequators. Folglich muß auch der Mondschatten
sowol



VII. Geminum perpendiculum basi adpensum, cuius vi-
ces libella aquatica explorare potest, inseruit ad basin examinan-
dam, vtrum perpendiculo respondeat.

VIII. Vt denique umbra lunaris eo exactius notari
possit, vitra illa ex Octante Hadleiano et hic adplicare licet.

Quod ad vsvm huius instrumenti adinet, praesuppono,
vt obseruatio in sella nautica pensili, qualem *peritissimus arti-
fex IRVINVS Anglus* inuenit, instituat.

Basi ad perpendiculum rite examinata, stella polaris per
foramina dioptrica (pro praesenti stellae polaris versus polum
suum situ disposita) oculo tantisper quaeratur, dum eius potia-
ris. Quem in finem basis instrumenti paulatim conuertatur,
discusque simul iuxta Quadrantem eleuetur vel deprimatur,
quoad quaesitum obtineas. Quo facto caue, ne stellam po-
larem e conspectu dimittas, vsque dum alter tam Quadrantis
prope discum, quam umbrae lunaris a recto indicis latere,
gradum; tertius vero ad signum ipsi datum horam nauticam,
adcurate notauerint.

Quodsi ergo ad gradum Quadrantis notatum dimidia disci
crassitudo aut additur aut ab eo subtrahitur, prout gradus ille
vel superne vel inferne notatus est, tunc eleuatio poli seu la-
tudo in propatulo est. Cum vero hoc ipso discus instar ho-
rologii aequinoctialis situi aequatoris respondeat, sequitur, vt



ſowol die Mondſtunde als auch den Abſtand des Mondes vom Schiffsmeridian zeigen. Wenn man nun alſo dieſen Abſtand des Mondes mit der bemerkten Uhr gegen einander hält, ſo kan man vermöge des im I. Stück beſchriebenen neuen Weges die Meereslänge deſto genauer berechnen, ie genauer man die vorhergehende Beobachtung angeſtellet hat, und ie richtiger die Mondtafeln ſind.

Anmerkungen.

- 1) Der Mondſchatten iſt nicht allezeit vöſlig einerley. Im Vollmond richtet er ſich vöſlig nach dem Mittelpunkt des Mondes, davon er im ab- oder zunehmenden Licht ein wenig mehr oder weniger abweicht. Dieſe Abweichung läßt ſich aus dem ſcheinbaren Durchmeſſer des Mondes, und aus der Ab- und Zunahme ſeines Lichts leicht berechnen.
- 2) Die Strahlenbrechung macht auch einige Abweichung, dazu aber gute Refraktationstaſeln dienen.
- 3) Weil der Polarſtern einige Grade vom wahren Himmelspol abſtehet, und ſich mit dem ganzen Himmel um den Pol drehet, ſo kommt er alle 24 Stunden zweymal in den Meridian: einmal über, und das anderemal unter dem Pol; und in der Zwischenzeit iſt ſein Abſtand einmal weſtlich und das andere mal öſtlich. Dieſen veränderlichen Stand muß man bey der Stellung der Dioptern wahrnehmen. Hierzu ſind die Kennzeichen aus der Lage der nächſten Fixſterne dienlich.

4) Wenn



umbra lunaris horam lunarem non minus, quam lunae a Meridiano nautico distantiam innuat. Quam ſi cum notata hora nautica conferas, et, quod reliquum eſt, veſtigiis ſupra Memb. I. deſcriptis inſiſtas, tunc maris longitudo eo exactius ad calculum vocabitur, quo maiori ſollertia praecedens obſervatio inſtituta eſt, et quo accuratiores tabulae lunares ſunt.

SCHOLIA.

- I) Umbra lunaris non ſemper prorsus vnus modi eſt. Plenilunii umbra lunae centro reſpondet, decreſcente vero vel creſcente luna paullulum deſleat. Quae differentia ex viſibili lunae diametro et ex luminis lunaris incremento vel decremento facile determinari poteſt.
- II) Radiorum refractiones etiam aliquam pariunt differentiam, cui medendae refractionum tabulae inferuiunt.
- III) Cum ſtella polaris aliquot gradibus a vero coeli polo diſtet et vna cum firmamento circa polum voluatur, ſingulis XXIV horis Meridianum bis ingreditur, altera quidem vice ſupra, altera vero infra eum, interea vero temporis per vices occidentem et orientem verſus diſtat. Huius variabilis ſtellae polaris ſitus in dirigendis dioptris ratio habenda. Cui rei notae characteriſticae ex proximarum ſtellarum fixarum ſitu inferuiunt.

H 3

IV)



4) Wenn man sich auf der See jenseit der Linie befindet, so muß der Abstand der Dioptern anders, nemlich, nach dem Abstand des südlichen Polarsterns von seinem Pol, eingerichtet werden.

5) Wenn man nach Art der neuen Mondtafeln auch Planetentafeln, die derselben periodischen Eintritt in den ersten Meridian anzeigen, verfertigte, so könnte man sich derselben in Abwesenheit des Mondes auf eine ähnliche Art mit Nutzen bedienen. Es sollte mir leid thun, wenn es ein leerer Einfall und mißiger Gedanke wäre.

Nachdem also auch zur Auflösung des letzten Knotens ein Mittel gezeigt worden, welches nach und nach verbessert und zur Vollkommenheit gebracht werden kann, so rechtfertiget sich hiedurch der neue Schulzische Vorschlag, die Meerestänge zu finden, um desto mehr, je mehr man hier den Spuren der Natur gefolget; als welche die sicherste Leiterin ist, die nie durch irgend einen Zufall irre gemacht werden kann.



IV) Ultra aequatorem naviganti alia dioptrarum distantia, pro ratione distantiae stellae polaris antarcticae a suo polo, vtendum.

V) Quodsi ad nouarum tabularum lunarium exemplum etiam *Planetarum* periodicus in primum meridianum ingressus *tabulis* indicaretur, absente luna earum par vsus esset haud negligendus. Sane pigeret, si cogitatio inanis aut otiosa fabula foret.

Quum ergo et vltimi nodi explicandi ratio monstrata sit, quae quidem vltius emendari sensimque ad perfectionem adduci potest, sane nouum illud Schulzianum inueniendi maris longitudinem consilium causa sua eo minus cadit, quo magis hic naturae ducis, quae nullo vnquam casu via sua decedere potest, infistitur vestigiis.





Ghe ich aber weiter gehe, wird mir erlaubt seyn, den Liebhabern eine kleine Maschine in Vorschlag zu bringen, vermöge welcher man aus der im I. Stück beschriebenen gefundenen Mondesverweilung zwischen 2 Meridianen, ohne Regul de tri, bloß durch Stellung dieser Maschine die Meereslänge finden kann.

Diese kleine Maschine bestehet aus 2 auf einander liegenden Scheiben, davon die untere in zweymal 180 Grade, die obere aber nach der 24stündigen Mondesverweilung in zweymal 6 Grad und 10 Minuten (nach dem Mittellauf des Mondes) eingetheilt ist.

Der Gebrauch dieser Maschine bestehet darinn, daß man den gefundenen Grad der Mondverweilung zwischen dem ersten und dem Schiffsméridian, auf der obern Scheibe, nach Befinden der Umstände, östlich oder westlich abzählet, und denselben auf den ersten Méridian der untern Scheibe führet, so zeigt der Zeiger der obern Scheibe den Grad der Meereslänge auf der untern Scheibe, wie aus der 5ten Figur zu ersehen, darinn die Stellung nach dem im I. Stück gegebenen Beyspiel eingerichtet ist. Némlich: wenn die Mondverweilung zwischen dem ersten und Schiffsméridian $1^{\circ} 29' 56''$ östlich befunden wird, so ist das Schiff $43^{\circ} 45' 5''$ westlich vom ersten Méridian, welches die gegenwärtige Meereslänge ist.



Priusquam autem institutum persequar, studiosis, quorum refert, paruulam quandam *machinam* proponere licebit, vi cuius ex inuenta (Memb. I. descripta) *retardatione lunari* inter duos meridianos, *maris longitudo absque calculo*, (vulgo Regula de tribus vocato) sola huius instrumenti dispositione inueniri possit.

Machina ipsa duobus sibi inuicem innixis orbibus constat, quorum inferior in bis 180 gradus, superior vero, pro ratione lunaris per XXIV horas retardationis, in bis VI gradus et X minutas (ad medium lunae cursum) diuisus est.

Vfus huius instrumenti hic est: Inuentus inter meridianum primum et nauticum retardationis lunaris gradus, orientem vel occidentem versus, prout res ipsa poscit, in orbe superiori notetur, et in primum orbis inferioris meridianum ducatur: tunc superioris orbis index maris longitudinem in inferiore orbe indicat, vt ex 5 figura videre licet; in qua huius machinae situs ad exemplum Memb. I. datum, delineatus est. Nimirum: si retardatio lunaris inter Meridianum primum et nauticum $1^{\circ} 29' 56''$ orientem versus comperta sit, tunc nauis a primo meridiano $43^{\circ} 45' 5''$ occidentem versus abest, id quod praefens maris longitudo est.



Eine Hauptanmerkung muß ich bey dieser Maschine machen. Die Mondverweilung ist hier nur nach dem Mittel-
lauf des Mondes auf 12 Grad 20 Min. auf der obern Scheibe
angenommen. Hier könnte man es leicht zu mehrerer Vollkom-
menheit bringen, wenn man auf der obern Scheibe mehrere Cir-
keln zöge, und den größten nach der größten Zahl, den kleinsten
aber nach der kleinsten Zahl der 24stündigen Mondverweilung,
die Zwischencirkel aber nach den Zwischenzahlen eintheilte. Wo-
bey man aber vorher erst folgende Frage astronomisch aus-
machen muß:

Wieviel Grade bleibt der Mond in 24 Stunden
von seinem vorigen Stande zurück, wenn
er am langsamsten, ungleich, wenn er am
geschwindesten, gehet?

Wer Belieben findet, kann diese kleine Maschine mit
der im I. Stück beschriebenen, und in der dritten Figur
abgezeichneten Schulzischen Maschine verbinden und mit vie-
ler Bequemlichkeit gebrauchen. Ich überlasse es andern, meh-
rere Vortheile bey dieser Maschine anzubringen, dadurch man
aller Rechnungen gänzlich überhoben seyn könnte. Ich begnüge
mich so viel beygetragen zu haben, als meine
Geschäfte erlauben wollen.



Praecipuam hic adferre *notam* e re mea est. Retardatio
lunaris in superiore huius machinae orbe tantum ad me-
dium lunae cursum XII gradus et XX minutas numerata est.
Vt vero ad eo maiorem perfectionem euehatur, operae pre-
tium erit, plures describere circulos, quorum maximus ad
maximum, minimus ad minimum, intermedii vero ad inter-
medios retardationis lunaris XXIV horarum spatio numeros
diuidantur. Cui rei maxime inferuiet, si ad subsequenterem
astronomicè prius respondeatur quaestionem:

*Quot scilicet gradus luna XXIV horarum spatio a pristino
situ resistet, cum tardissime, item cum celerrime incedit?*

Si libet, machinam hanc quantulumcumque cum illa
Memb. I. descripta et fig. III. delineata machina Schul-
ziana coniungere et non sine fructu uti licet. Pluribus
compendiis, quibus omni plane calculo superfederi possit,
machinam hanc locupletare aliis cedo. Mihi sat est tan-
tum contulisse, quantum negotia mea permittunt.





Nunmehr wende ich mich zu einem andern Punkt, indem ich zeigen will, welchen Einfluß in die Erdbeschreibung dieser neue Weg haben wird.

Es ist bekannt, wie wenig richtige See- und Landkarten wir bishero haben. Die besten und neuesten Erdbeschreiber stimmen so wenig mit einander überein, daß sie bisweilen bey Bestimmung der Länge auf einige Grade unterschieden sind. Wie unentbehrlich richtige Seekarten bey der Schiffarth sind, hat die Welt bisher mit unaussprechlichem Schaden erfahren. Was hilft alle Geschicklichkeit und Behutsamkeit der Seefahrenden, wenn man durch falsche Seekarten verführt wird? Die allerwenigsten Derter sind nach astronomischen Wahrnehmungen bestimmt. Das meiste ist nach Muthmassungen und trüglichen Schifferrechnungen, die oftmals in ihren Berichten wider einander laufen, hingesezt. Und wie konnte es anders seyn, da es den geschicktesten Sternkundigen und Meßkünstlern selbst an einem sichern und leichten Wege, die Länge zu bestimmen, gefehlt. Diesem Mangel wird nunmehr abgeholfen werden können, wenn man sich dieses neuen Weges zu bedienen, im Stande sehen wird: so bald nemlich die ruhmwürdigsten Bemühungen der astronomischen Gesellschaften die dazu erforderlichen neuen Mondtafeln werden geliefert haben. Um wieviel leichter wird es alsdenn fallen, alle Küsten und gefährliche Derter zur See, wie

auch



Aliam nunc metam mihi propono, *Influxum* noui huius systematis in *Geographiam* ostensurus.

Quam minus dextris marinis pariter ac terrestribus chartis hactenus instructi simus, satis notum est. Tantum abest, vt recentissimi iique celeberrimi Auctores inter se consentiant, vt non raro in longitudine determinanda aliquot gradibus discrepent. Quanti momenti eiusmodi chartae marinae, quibus fides habeatur, in re nautica sint, infando damno publicum hactenus expertum est. Quid iuuat nautas, summa vti dexteritate et circumspectione, si sinisteris chartis marinis seducantur? Paucissimorum locorum determinatio obseruationibus astronomicis, plurimorum vero coniecturis tantum et fallaci calculo nautico relationibusque nautarum minus sibi inuicem consentientibus, nititur. Nec mirum, cum vel peritissimi astronomi ac mathematici tuta eaque facili longitudinis determinandae via caruerunt. Quo defectu satis iam expediri poterimus, cum nouae huius viae vsus dabitur: simulac nempe *excellentissima* Societatum astronomicarum *conamina* de nouis illis *tabulis lunaribus* nobis prospexerint. Quam faciliiori imposterum negotio orae maritimae et loca maris

peri-



auch jeden Ortes Länge und Breite, zu Wasser und zu Lande, richtig zu bestimmen, und aus diesen Verzeichnissen richtige See- und Landkarten zu verfertigen. Man wird dabey der gar zu mühsamen und kostbaren Triangelmessungen auf dem Lande überhoben seyn können. Jetzt wird eine jede Stadt, nicht allein ihre Breite, sondern auch mit Hilfe der neuen Mondtafeln (die vermuthlich bald zu London, Paris, Kopenhagen &c. ans Licht treten werden) ihre Länge oder Abstand von dem neuangenommenen ersten Meridian, durch Gegeneinanderhaltung des Eintritts des Mondes in ihren Meridian, nach diesem neuen Wege leicht bestimmen und durch die Zeitungen bekannt machen können. Wiederholte Versuche werden der Sache desto grössere Gewißheit geben. Und die mittlere Zahl des Unterscheids vieler Beobachtungen hintereinander, muß die wahre Lage des Orts aufs genaueste bestimmen.

Damit aber ein jeder von cultivirten Ländern entlegener Ort oder ferne Insel auch ohne große astronomische Anstalten einigermaßen dazu gelangen möge, so richte man daselbst eine Sonnenuhr nach der Mittagslinie auf, welches eine ganz bekannte Sache ist. Wenn man nun um die Zeit des Vollmondes den Eintritt desselben in den Meridian wahrnehmen will,



periculosa, nec non locorum terra marique longitudes latitudesque describi, et ex his consignationibus accuratiores chartae marinae terrestresque construi poterunt. Porro operosissimis illis et sumtuosissimis mensurationibus regionum trigonometricis superfedebimus. Iam quaelibet vrbs, non solum latitudinem, sed etiam mediantibus novis tabulis lunaribus, (quae quamprimum, ut speramus, Londini, Parisiis, Hafniae &c. in lucem prodibunt), longitudinem suam seu a nouo primo meridiano distantiam, collato ingressu lunari in suum meridianum, ad hanc nouam methodum, facile definire et per relationes publicas diuulgare poterit. Observationes repetitae eo maiorem afferent certitudinem. Et intermedia plurimarum observationum differentia, situm loci quam exactissime determinet, oportet.

Vt vero quilibet a terris cultioribus distitus locus aut insula remota, vel absque sumtuoso apparatu astronomico quodammodo situs sui in orbe notitiam consequatur, horologium solare ad lineam meridianam ibidem erigatur, quod quidem res satis nota est. Porro, antequam circa plenilunii tempus lunae ingressus in meridianum obseruetur, horologium



so nehme man eine gute geprüfte Taschenuhr, die ihre 24 Stunden richtig gehet, und stelle sie den Mittag vorher ganz genau nach der Mittagslinie. Alsdem gebe man acht, wenn der Mond auf der Sonnenuhr Punkt 12 zeigt, und folglich recht im Meridian ist, und merke sich dabey an der Taschenuhr die Stunde und Minute so genau, als möglich. Wenn dieses geschehen, so sehe man in den neuen Mondtafeln nach, um welche Zeit der Mond in derselben Nacht in den ersten Meridian kommt. Der Unterscheid der Uhr dieser zwey Meridianen, muß nach Abzug der verhältnißmäßigen Mondesverweilung die Länge vom ersten Meridian bestimmen. Man stelle dergleichen Beobachtungen und Rechnungen mehrmal an, so wird man ziemlich genau seinen Endzweck erreichen.

Ich will die Sache durch ein leichtes Beyspiel erläutern. Ich nehme aus dem I. Stück an, daß den 19 des Christmonats ißtlauenden Jahrs der Mond Kloß 11, 32' 43'' in der Nacht in den Kopenhagner Meridian kommt. Gesezt, ein Ort, er sey wo er wolle, beobachtet in derselben Nacht den Eintritt des Mondes in seinen Meridian, und findet, daß es Kloß 11, 2 und eine halbe Minute geschieht, so ist der Unterscheid der Zeit in diesen zwey Meridianen 30 Minuten oder
eine



portatile, quod satis exploratum est et per XXIV horas iusto motu fertur, praeuio meridie ad lineam meridianam denuo examinetur eique conformetur. Agedum illud momentum temporis, quo umbra lunaris ab indice in horologio solari horam XII. exacte ostendit et consequenter luna in ipso meridiano est, obseruetur, eodemque temporis articulo hora et minutae in horologio portatili adcurate notentur. Quo facto nouae tabulae lunares euoluantur et ex iis notetur, quo temporis articulo luna eadem nocte primum meridianum ingrediatur. Differentia horologii horum duorum meridianorum, detracta retardatione lunari ipsi congrua, longitudinem a primo Meridiano determinet, necesse est. Eiusmodi obseruationes et calculi saepius repetantur, tunc scopus satis adcurate attingetur.

Rem ipsam explicato exemplo illustraturus, ex Membro I. praesumo, die XIX Decembris a. c. lunam meridianum Hafniensem hora pomeridiana XI, 32' 43'' ingredi. Fac locum quendam, ubicumque sit, eadem nocte ingressum lunae in suum meridianum hora XI, 2½ min. animaduertisse, tunc differentia temporis horum duorum meridia-
K
norum



eine halbe Stunde. Hieraus folget noch nicht, daß dieser Ort 7 und einen halben Grad von Kopenhagen, der Länge nach abstehe, sondern es muß erst, weil der Mond langsamer, als die Sonne gehet, die halbstündige Mondverweilung (welche laut dem im I. Stück beschriebenen Wege ohngefähr $15' 26''$ ausmacht) abgezogen werden. Der Rest, nemlich $6^{\circ} 14' 34''$ zeigt die Länge dieses Orts von Kopenhagen, und zwar östlich, weil der Mond in den Meridian dieses Orts eher eingetreten.

Kann also wol ein leichter Weg seyn, die Länge zu bestimmen, als dieser. Wenn man nun an jedem Ort sich gleiche Mühe geben will, seine Breite oder Polhöhe zu bestimmen, (welches eben keine so schwere Sache ist, wenn man nemlich nicht nach astronomischer Schärfe verfahren will), so hätte man den bestimmten Punkt eines jeden Orts. Welches doch besser wäre, als nach bloßem Gutdünken einen Ort hinzusehen, welches von den meisten Dörtern in der Welt gilt. Sollte aber mein oben beschriebenes Instrument zur gewünschten Vollkommenheit kommen, so könnte man dadurch jeden Ortes Länge und Breite mit Hülfe der Mondtafeln desto leichter und genauer



norum 30 minutarum seu semihorae spatium innuit. Ex quo vero nondum sequitur, hunc locum $7\frac{1}{2}$ gradibus ab Hafnia quoad longitudinem distare: sed, quoniam luna sole tardius incedit, retardatio lunaris semihoraria (quae secundum nouam Memb. I. descriptam viam differentiam circa $15' 26''$ parit) prius detrahatur. Residuum $6^{\circ} 14' 34''$ loci huius ab Hafnia longitudinem indicat; et quidem orientem versus, quia luna huius loci meridianum maturius ingressa est.

Quis quaeso magis compendiarium longitudinis determinandae viam in medium proferet? Si porro quilibet locus pari sollertia in latitudine seu eleuatione poli determinanda (quod quidem, nisi rigor astronomicus requiratur, non tam praeardua res est) vti vellet, cuiusque loci punctum magis determinatum haberemus, quam quod sola coniectura pro cuiusuis arbitrio constitutum est, id quod de plurimis huius orbis locis valet. Quodsi vero nouum meum supra descriptum instrumentum, optatum perfectionis gradum adsequeretur, tunc vnus cuiusque loci longitudo pariter ac latitudo, adhibitis nouis illis tabulis lunaribus eo faci-



finden. Gott erwecke und stärke den Eifer der Sternkundigen, an den neuen Mondtafeln, darauf nunmehr alles ankommt, zu ihrem unsterblichen Ruhm, Hand anzulegen.

Ich füge zum Schluß noch einige Gedanken und Vorschläge zur Verbesserung der Erdbeschreibung bey. Es wäre zu wünschen, daß die Hohen Potentaten sich vereinigten, und zwey allgemeine Sternwarten, eine disseits und die andere jenseit der Linie in einem Meridian, welcher zugleich der erste seyn sollte, anlegten, und daselbst von allen Reichern und Staaten die geschicktesten Meßkünstler und Sternkundiger, die sich abwechseln könnten, unterhielten: so könnten daselbst mit vereinigten Kräften die genauesten Mond- und Planetentafeln, sowol für die nordische als südliche Gegenden harmonisch aufgerichtet werden. Diese Tafeln wären die allerzuverlässigsten und der Schiffer sicherste Wegweiser. Hiezu wäre jenseit der Linie kein bequemerer Ort, als das Vorgebürge der guten Hoffnung. Der andere Platz disseits der Linie käme im Polnischen Preußen etwa um Elbing. Diese beyde Dexter wären gleichsam der Seefahrenden Altäre, und

müßten



lius accuratiusque inueniri posset. Faxit Deus T. O. M. vt astronomorum ardor incalescat, vt nouis illis tabulis lunari- bus, in quibus cardo negotii vertitur, indefessas admoueant manus perennique famae suae consulant.

Coronidis loco nonnullas adhuc *cogitationes et consilia ad Geographiam promouendam* proferre liceat. Sane optandum foret, vt *SVMMI RERVM POTENTES* inter se coirent, et duo *Observatoria cardinalia*, alterum cis Aequatorem, alterum vero ultra Aequatorem in vno eodemque Meridiano, qui simul primus esse deberet, constituerent, ibique ex singulis imperiis regnis et statibus celeberrimos mathematicos astronomosque (per vices alternantes) alerent; tunc ibi coniunctis viribus adcuratissimae *tabulae lunares* pariter ac *planetariae*, tam pro septentrionalibus quam pro australibus regionibus, harmonice constructui possent. Hae demum, quibus maxima fides haberetur, *tabulae*, nautarum tutissimi duces forent. Ultra Aequatorem aptior huic fini locus non esset, quam *Caput bonae spei*. Alter vero cis Aequatorem locus aptissimus in Borussia Polonica circa Elbingam eligendus esset. Haec bina

K 3 loca,



müßten ganz frey und ungestört und auch in Kriegszeiten von aller Belästigung verschont bleiben. Welches die Hohen Europäischen Mächte billig zu einem unverletzlichen Völkerrecht, daran allen Staaten gelegen, machen sollten. Vielleicht würde dadurch die Schiffarth mit der Zeit den höchsten Gipfel erreichen. Und dieses ist, was ich dem Flor der Staaten patriotisch wünsche.



loca, tamquam nautarum arae, libera et sacra, ipsisque belli temporibus facta tecta habenda. Id quod POTENTISSIMIS EUROPAE PRINCIPIBUS ceu inuiolabile ius gentium, quod omnium statuum interest, sancire fas esset. Forfan hoc ipso progressu temporis res nautica summum adscenderet fastigium. *Quo nihil magis publicae Statuum saluti boni ciuis animo precor.*



Vir. Eugfron. Juntou